Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium missae - Cod. Schwarzach 1

[s.l.], [10./11. Jahrh.]

Feria V in caena domini

urn:nbn:de:bsz:31-183777

Visual Library

Et ecce uir nomine ioseph qui erat decurio uir bonus & iustus.
hic n̄ consenserat consilio & actibus eorū. ab arimathia ciui
tate iudeae. qui expectabat & ipse regnū dī. Hic accessit ad
pilatū. & petiit corpus ihū. Et depositū inuoluit sindone.
Et posuit eū in monumento exciso. in quo nondū quisquā po
situs fuerat. FERIA. V. IN CAENA DNI.

LEC EPL BEATI PAULI APLI. AD CORINT

FRS. Conuenientibus uobis in unū. iam non est dominicā cenā
manducare. Unusquisq; enī suā cenā psumit ad mandu
candū. Et alius quidē esurit. alius autē ebrius ē. Nūquid do
mos n̄ habetis ad manducandū & bibendū. aut ecclesiā dī
contēpnitis. & cōfunditis eos qui n̄ habent. Quid dicā uobis.
laudo uos. in hoc n̄ laudo. Ego enī accepi a dn̄o. qd & tradidi
uobis. Quo dn̄s ihs in qua nocte tradebat̄. accepit panē &
gratias agens. fregit & dix̄. Hoc ē corpus meum. qd pro uo
bis tradetur. hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter
& calicē postquā cenauit dicens. Hic calix nouū testamen
tum ē in meo sanguine. hoc facite quotienscūq; bibetis.
in meā cōmemorationē. Quotienscūq; enī manducabi
tis panē hunc & calicē bibetis. mortē dn̄i adnuntiabitis
donec ueniat. Itaq; quicūq; manducauerit panē uel bi
berit calicē dn̄i indigne. reus erit corporis & sanguinis
dn̄i. Probet aut̄ se ipsū homo. & sic de pane illo edat & de ca
lice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne. iudiciū si
bi manducat & bibit. non diiudicans corpus dn̄i. Ideo

inter uos multi infirmi & imbecilles. & dormiunt multi. Quod si nos
met ipsos diiudicaremus. non utique iudicaremur. Dum iudicamur
autem a dno corripimur. ut non cum hoc mundo dampnemur.

In illo tempore. Ante diem festum paschae. SEC IOHANN
sciens ihs quia uenit eius hora. ut transeat ex hoc mundo ad pa
trem. Cum dilexisset suos qui erant in mundo. in finem dilexit eos.
Et cena facta cum diabolus iam misisset in cor ut traderet eum iu
das simonis scariothis. sciens quia omnia dedit ei pater in ma
nus. & quia a deo exiuit & ad dm uadit. Surgit a cena. &
ponit uestimenta sua. Et cum accepisset linteum. precinxit se. Deinde
misit aquam in peluim. & coepit lauare pedes discipulorum.
& extergere linteo quo erat precinctus. Uenit ad simonem ergo
petrum. & dicit ei petrus. Dne tu mihi lauas pedes. Respondit
ihs & dicit ei. Quod ego facio tu nescis modo. scies autem postea.
Dicit ei petrus. Non lauabis mihi pedes in aeternum. Respondit
ei ihs. Si non lauero te. non habebis partem mecum. Dicit ei simon pe
trus. Dne non tantum pedes meos. sed & manus & caput. Dicit
ei ihs. Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet. sed est mun
dus totus. Et uos mundi estis. sed non omnes. Sciebat enim quisnam
esset qui traderet eum. propterea dixit non estis mundi omnes. Post
quam ergo lauit pedes eorum & accepit uestimenta sua. cum recubu
isset iterum dixit eis. Scitis quid fecerim uobis. Uos uocatis me
magister & dne. & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui uos
tros pedes dns & magister. & uos debetis alter alterius lauare pe
des. Exemplum enim dedi uob. ut quemadmodum ego feci uobis ita

&uos faciatis. Amen amen dico uobis. non est seruus maior do
mino suo. neque apostolus maior eo qui misit illum. Si haec scitis.
beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus uobis dico. ego scio
quos elegerim. Sed ut impleatur scriptura. qui mandu
cat mecum panem. leuabit contra me calcaneum suum. Amodo
dico uobis prius quam fiat. ut credatis cum factum fuerit quia
ego sum. Amen amen dico uobis. qui accipit si quem misero.
me accipit. Qui autem me accipit. accipit eum qui me misit.
Cum haec dixisset ihs. turbatus est spiritu. & protestatus est & dixit. Amen
amen dico uobis. quia unus ex uobis tradet me. Aspicie
bant ergo ad inuicem discipuli. hesitantes de quo diceret.
Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu ihu. quem
diligebat ihs. Innuit ergo huic simon petrus. & dicit ei.
Quis est de quo dicit. Itaque cum recubuisset ille supra pectus
ihu. dicit ei. Domine quis est. Respondit ihs. Ille est. cui ego
intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem dedit
iudae simonis scariothis. Et post bucellam. tunc introiuit
in illum satanas. Et dicit ei ihs. Quod facis. fac citius. Hoc autem
nemo sciuit discumbentium. ad quid dixerit ei. Quidam enim
putabant quia loculos habebat iudas. quia dicit ei ihs
eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum. aut egenis ut aliquid
daret. Cum ergo accepisset ille bucellam. exiuit continuo.
Erat autem nox. Cum ergo exisset. dicit ihs. Nunc clarifica
tus est filius hominis. & deus clarificatus est in eo. Si deus clari
ficatus est in eo. & deus clarificauit eum in semet ipso. Et continuo.

clarificabit eum. FER. VI. IN PARASCEV.
LECTIO OSEAE PROPHETAE.
Haec dicit dominus deus. In tribulatione sua mane consurgent
ad me. Venite & revertamur ad dominum. quia ipse ce-
pit & sanabit nos. percutiet & curabit nos. Vivificabit nos
post duos dies. in die tertia suscitabit nos. & vivemus in
conspectu eius. Sciemus sequemurque ut cognoscamus
dominum. Quasi diluculum praeparatus est egressus eius. & veniet
quasi imber nobis temporaneus & serotinus terrae. Quid
faciam tibi effraim. quid faciam tibi iuda. Misericor-
dia vestra quasi nubes matutina. & quasi ros mane pertran-
siens. Propter hoc dolavi in prophetis. occidi eos in verbis oris
mei. & iudicia tua quasi lux egredientur. Quia miseri-
cordiam volo. & non sacrificium. Et scientiam dei. plus quam holo-
causta. ITEM ALIA. LEC. LIBRI EXODI.
In diebus illis. Dixit dominus ad moysen & aaron in terra aegypti. Men-
sis iste vobis principium mensium. primus erit in mensibus anni. Lo-
quimini ad universum coetum filiorum israhel. & dicite eis. Deci-
ma die mensis huius. tollat unusquisque agnum per famili-
as & domos suas. Sin autem minor est numerus ut suffi-
cere possit ad vescendum agnum. adsumet vicinum suum qui iunctus
est domui eius. iuxta numerum animarum quae sufficere
possit ad esum agni. Erit autem agnus absque macula mascu-
lus anniculus. Iuxta quem ritum tolletis & hedum. & servabi-
tis eum usque ad quartam decimam diem mensis huius. Immola